



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Synodus Di[o]ecesana Med. ix. & x. Quas Carolus Cardinalis tit. S. Praxedis Archiepiscopus habuit Annis à Christi Natiuit. M.D.LXXXII. & M.D.LXXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

posuerunt; cras ad nos in ædes Archiepiscopales veniant, vt cum eis delibera-remus.

Vicarijs item foraneis cras etiam audiētiam totius diei indicimus, & ijs quoq; qui aliquid habent, quod nobiscum, aut ministris nostris agant.

Illis quoque quibus à Visitatoribus pfective scrutinij iuslum est ad nos ve-nire.

Dimissa rite synodo, literæ synodales ab Archiepiscopo decretæ sunt: quarum ynæ editæ fuerunt hoc exemplo.

Carolus Cardinalis Archie-piscopus

Pastoralis officij nostri ratio illud à nobis depositit, vt in synodo dice- fana, quam ex decreto Tridentino quo tannis celebramus, non solum cleri, & populi disciplinam quasi è specula quadam Archiepiscopali assidue contéple-mur, & cognoscamus; sed etiam in eam curam tōto animo studioq; omni incum-bamus, vt decreta prouincialia, & dio-ce-sana eo de genere confecta in execu-tionis vsum inducantur. Quare non sine maxima animi molestia intelleximus, quod nobis in hac synodo allatum est; in Vicariatus tui cura, poplum dies fe-los, qui ex ritu, & instituto huius eccl-ix Medjolanensis obseruari debent, vt in proxima synodo quinta decreto in tabula exarato declaravimus & promul-gauimus, minimè obseruare; neq; adeo interdum ab operibus seruilibus, alijsq; eiusmodi rebus, que decretis, & edictis nostris prohibentur abstinere; & clerū præterea sacerorum eorum dierun offi-cium solenne ex decretis nostris, & Calendario anniversario non celebrare; & verò in vestitu, atq; in chori disciplina ad præscriptum decretorum prouincialium se non gerere. Itaq; his nostris li-teris synodalibus tibi præscribimus, & iubemus, illud omni opera, cura, studio prouideas, & perficiass; & populus si curi in tabella præscriptum est, eos dies fe-los colat atque obseruet; & clerus offi-

cium solenne ex Calendarij rito de ijs celebret; & que de vestitus ratione, cho-riq; disciplina decretis prouincialibus sancita sunt, piè inuiolateq; præstet.

In eam sane rem omni solicitudine at-que officio incumbes: nam præterquam quod si te negligenter præbueris, eo nomine tāquam negligens seruus à Deo iusto iudicaberis; nobis etiam pa-lam in synodo proximè futura ratione es redditurus. Eamq; ob causam à can-cellario nostro hanc culpam notari iuf- simus, vt quam diligentiam, & solicitudinem ad eam corrigendam ipse contu-leris, suo tempore perspici queat. Chri-stus Iesus te diuinæ gratiæ, sanctæque charitatis cumulo augear.

Synodus Diœcesana Med. ix. & x. Quas Carolus Cardinalis tit. S. Praxedis Archiepiscopus habuit Annis à Chri-sti Natiuit. M. D. LXXXII. & M. D. LXXXIII.

Gregorio XIII. Pontifice.

In his duabus synodis nullum omni-no decretum (præter generalia, de quibus in superioribus) conditum est. Verum in eo potissimum studium omne posuit Illustriſ. Card. & Archiepisco-pus, vt superioribus statuta, ac decretis temporibus, in vsum quām maximè fie-ri posset inducerentur. Quamobrē pro- cessione de more facta, iſlque lectis, & promulgatis tum Tridentini, tum etiā prouincialium Concil. decretis, que in unaquaq; diœcesana synodo de sugge-sto recitari solitum est; primū nomi-natio cleri, deinde verò scrutinij à pfectis regionum incepturn, & absolutum est. In synodo autem decima solennis præterea Concilij prouinc. vi, quod illo ipso anno editum fuerat, promulga-tio ad præscriptum sacerorum canonum, & Conc. prou. iv. facta est.

L A V S D E Quidam idololatris
Africani in ecclesiasticis scriptis
falsis ostendunt, quod in libro
SYNO-